17 Febr. 1613.

In nomine Domini Amen. Nouerint uniuersi p̄sentis publici instru-
menti seriem inspecturi, lecturi, et audituri: Quod Anno à Nat. eiusd.
millesimo sexcentesimo 3o et decimo Indictione Rom. XIma die verò Mercu-
rij decima tertia Mensis Februarij Pontificatus SSmi in Chrō Pris
et D. N. D. Pauli, diuina prouidentia PP. V. anno octauo. In mei No-
tarij Publici testiumq. infrascriptorum adhoc specialr uocator. et roga-
torum p̄sentia personalr constituti Adm Rndi DD. Prelati, Cano-
nici, totumq. Caplum Cathedralis Ecclie Varmien. Caplariter con-
gregati et Captm ipsius Ecclie legitime repsentantes Principales, prin-
cipaliter pro se ipsis per organum adm Rndi Domini Pauli Gormis
Ki Prepositi, omnibus melioribus modo, uia, iure, causa et forma, qui-
bus melius et efficacius de iure potuerunt et debuerunt, fecerunt
constituerunt, creauerunt et solemniter ordinauerunt, suos et Capli
Varmien. Eclie ueros, certos, legitimos et indubitatos Procures, gesto-
res, actores, et negotiorum infrascriptor. suorum factores, ac nuncios
speciales et generales, ita tamen quod specialitas generalitati
non deroget, nec e contra, uidelicet R.R. DD. Fabianum Konopacki et
Adamum Stembalen Canonicos Varm: confres suos, p̄sentes et onus
procurationis hmōi in se suscipientes et quemlib. eorum insolidum
ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec de-
terior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit, alter ipsorum
id prosequi mediare, terminare ualeat, et finire ac ad effum pro-
ducere specialr et expresse. Ad ipsorum Dnorum Constituen. nōie
et pro eis coram Sac. Reg. Mte Regni Polon. eiusq. iudicio in Reg.
in Comitijs generalibus comparen. negotium pendens villae Neukirch
in districtu Tolckmitten. situatae, et antiquitus ad se, deum Venle Ca-
pitulum Ecce Cathedralis Varmien. pertinentis contra Magnificum

Dnum Castellan.

Dnum Castellanum Elbingen. promouen. causamq. et causas eius prosequen. litem contestan. acta, sententias, Iura, monimenta, et Privilegia producen. et allegan. excipien. solemniter protestan. satisdan. de rato et grato cauen. expensas litis peten. iuramentum quodlib. ats honestum et licitum in animam Principalium praestan. Necnon ad omnes et singulos actus et terminos iudiciales, tam substantiales quam accidentales huic liti necessarios proceden. Unum quoq. vel plures Procurem seu Procures loco ipsius, et cuiuslibet ipsorum cum simili aut limitata ptate substituen. cumq. vel eos reuocand. et onus procurationis huiusmodi in se reassumendum totiis quotiis opus fuerit, et ipsis seu eorum alteri videbr expedire, pnti procuratorio nihilominus in suo robore et firmitate permansuro. Et generalr oia alia et singula faciend. dicend. geren. exercen. et procuran. quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna et quae ipsimet Dni Constituentes facerent aut facere possent si pmissis omnibg et singulis psentes et psonaliter interessent etiamsi talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale quam psentibus est expressum. Promittentes insuper iidem Domini Constituen. mihi Notario Publico infrascripto tanq. publicae et authenticae persona solemniter stipulan. et recipien. vice ac noie omnium et singulorū, ij. se ratum, gratum, atq. firmum perpetuo habituros totum id, et quidquid per dictos Procures suos constitutos ac substituendos ab ois seu eorum altero actum, dictum, gestum, factum vel procuratum fuerit in pmissis seu aliquo pmissorum,

cum

15 v

cum solemni clausula relevationis. Super quibus omnib. et singulis prae,, missis, iidem Domini Constituen. sibi a me Notio infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt atq. confici instru,, mentum et instrumenta. Acta fuerunt haec apud Ecctiam Var,, mien. in consueto loco Capitulari sub anno, Indictione, Die, Mense, et Pontificatu, quibus supra. Praesentibus ibidem Honorabilibus Dominis Martino Cultio dtae Ecclie Varm: Concionatore et Micha,, ele Grozno Vicariis testibus ad pmissa omnia et singula vocatis specialr atq. rogatis.



Et Ego Zacharias Bastius Frauenburgen. sac. aplica authoritate Publicus et Venlis Capli Varmien. Notarius: quia pdictis Procu,, ratorum constitutioni, potestatis dationi, rati,, habitioni, relevationi omnibusq. aliis et sin,, gulis, dum sic, ut pmittitur fierent et age,, rentur, una cum pnominatis testibg psens interfui, eaq. sic fieri vidi et audivi, ac in notam sumpsi: Idcirco hoc pns instrumentum manu propria scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi: signoq. noie et cognoie meis solitis et consuetis signavi, In fidem et testimoniu oium et singulorum pmissorum rogatus et requisitus.

SIMON Rudnicki Dei et Aplica Sedis gra Epus
VARMIENSIS.

Notum testatumq. facimus universis et singulis, Zachariam Bastium Frauen,, burgen. Dioecesis nrae, authoritate sacra Aplica, esse publicum, et Venlis Capi,, tuli Varmien. Notarium, scriptisq. eius ubiq. certam fidem adhiberi. In cuius rei fidem testimonium pntis manu nra subscripsimus et sigillo commu,, niri mandavimus. Heilsbergae 17 Februarij 1613.

Sim. Rudnicki
Eps Varmien. m. pp.

Instrumentum Procurae in
causa Neükirchen.

15 2 v